7592 I. o. m. | Aurelius | Cassianus | barbaricas[1], | dec. col. For. | Iuli Iriens.[2], | ex region. Cyrro[3] *(iuvenis d. hastam, s. equum tenens).*

Aquileiae (V 785 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII). — 1) *Barbaricans (fortasse male scriptum pro barbaricario, quod in lapide fuisse, sed litteris contignatis coniecit Mommsen).* — 2) *Cf. supra N. 6744 not. 1.* — 3) *Cyrrus oppidum Syriae, unde oriundus Cassianus Iriae ad curiae honorem pervenit (Mommsen).*

7593 d. m. | Diasmeno | barbaricario | Caes. n. ser., | fec. Tychicus | conliber[*to*] . . | . . titu . . .

Romae ad viam Salariam rep. (VI 33766 = Notizie degli scavi 1887 p. 376).

7594 Liberalis | infector[1] h. s. e. | S. t. t. l.

Obulcone in Baetica (II S. 5519 Huebner vidit ectypum). — 1) *Alii infectores V 997. VI 33861. Cf. Paulus Festi p. 112:* infectores qui alienum colorem in lanam coiciunt; offectores qui proprio colori novum officiunt; *id. p. 192:* offectores colorum infectores.

7595 Faustus | offector[1] h. s. e. | S. t. t. l. In f. l.[2] p. XXV, | in ag. p. XXIIII.

Alcorrucén ad Baetim (Eph. ep. 9, 248 Fita vidit ectypum). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit, et supra N. 6425.* — 2) *In fronte locus.*

7596 C. Caninius | C. l. Philogenes | colorator[1], | et Rubriae | L. l. Antiochini. | In front. p. XIII, | in agrum p. X.

Casini (X 5352 vidit Mommsen). — 1) *Alii coloratores supra N. 7450 cum not.*

7597 L. Plutio L. l. Eroti | purpurario de vico Tusco, | Plutia L. l. Auge | fecit sibi et | Veturiae C. C. l. Atticae.

In agro suburbano, sub oppido Marino, rep. (XIV 2433 vidit Bormann). — 1) purpurar[*ius*] a T[*r*]anstiberim *est VI 9847.*

7598 [*d. m. et*] perpetuae securit. Tib. Cl. Euph[*r*]a[*tes*][1] IIIIIIvir Aug., nego[*t.*][2] artis purpurariae, qui vixit annos LXXVI, Seniliae Lascivae coniugi, et Clau[*d.*] Fortunensi et Antigono [*et*] Apro filiis, vivos vivis fecit.

Augustae Vindelicum (III 5824 semel descripta saec. XVI non sine mendis). — 1) Tib. Cleuphas, 2) negotiatorum *traditur, cet.*

7599 d. m. | Valeriae | Chrysidi | M. Nummius | Proculus siricarius coniugi suae | optimae b. m. fecit.

Tibure (XIV 3712 vidi partem superiorem).

7600 Thymele | Marcellae | siricaria.

Romae (VI 9892 vidit Henzen).

7601 A. Plutio Epaphrodito[1] | accenso velato, | negotiatori sericario[2], | liberti patrono | ob merita | eius.